

Wlay  
65  
95

1284

I O S E P H I

V N I C O R N I

B E R G O M E N S I S V T R I V S -

Q V E Q V A N T I T A T I S

P R O F E S S O R I S .

C  
N  
h

D E A D M I R A N D A 1380

V I P R O P O R T I O N I S ,

E I V S Q V E N E C E S S A R I A

cognitione , ad Bergomenses

O R A T I O .

A25

D



V E N E T I I S .

M . D . L I I .

# IOSEPHI VNI

CORNI BERGOMENSIS

VTRIVSQUE QUANTITATIS

professoris, De admiranda ui Proportio-  
nis, eiusq; necessaria cognitione,  
ad Bergomenses Oratio.



**M**ITATVS ego Colendis-  
simi patres, ornatissimiq; viri,  
maiorum nostrorum vestigia, af-  
firmantium nihil expetibilius in  
hac vita esse, quam laudem, atq;  
virtutem, quæ vna & hominem  
a brutis animantibus secernit, &  
similè Dñs immortalibus reddit, existimaui nefas  
committere, si dignum aliquod, & reip. vtile ani-  
mo concepissem, quod civibus meis p̄sertim, quos  
semper ab ineunte ætate quantum pro viribus, &  
tenui fortuna potui, omni studio, & amore sum  
prosequutus, nō manifestarem, non commune fa-  
cerem, quo quidem tanto maior est & honor &  
gloria patrie, quāto minor est is a quo agitur. Ac-  
cedit quod me etiam Evangelica religio cōpulit,  
ne ignavia, & ingratitude apud Deū opt. max.  
a criminatore accusatus, q̄ talenta mihi credita cū  
debito scenore eius maiestati non obtulisset, tan-  
quam inutilis seruus in exteriores tenebras eñce-  
ret, Quapropter admiranti iam diu mihi, cur ille  
omnium rerum conditor, ac summus pater hoīem  
creaturarum nobilissimum, intelligentia capacis-  
simum: & teste Trismegisto magnum miraculū  
condidisse, illumq; in tanta rerum vniuersi orbis  
diuersitate tanquam creaturarum omnium Do-

Mathel. 25

Mercurius  
trismegistus  
in Alectio.

UNIVERSITY OF TORONTO  
SPENCER KENNEDY INSTITUTE

ac miranda, quæ hac duce archana deteguntur diligenter attendite. Vt eadem v̄ra magis fretus humanitate, quã eloquentia, quæ nulla est, constanti aĩo valeam enarrare, Nec vereor consumatissimi auditores q̄ aliqua fortasse a sum v̄m subeat indignatio, vt me arrogantia, aut temeritatis vitio arguatis q̄ ipse, hoc demisso habitu & s̄culari atque in hac gr̄ate non longe' prouecta, ea vobis polliceri audeam, quæ prę rerũ magnitudine grauissimum, & inueteratum hoĩem poscerent, cũ nouerim hanc aĩorũ v̄rorũ magnitudinẽ non muneris tenuitatem nec offerentis fortunã, sed aĩum respicere, neq; n. humani corporis habitus sapientem facit, sed spiritalis intelligẽtia, nec terrenę diuitię beatum, sed diuitię salutis, quę testante Esaia sunt sapientia, & scĩa, Neq; ẽt ætas p̄hibet qn̄ multa a iunioribus ẽt laude dignissima possint in medium p̄ferri, qñquidem non gr̄ate sed ingenio cęlitus infuso p̄uenit intelligentia, nec ideo senectus illa venerabilis est, quę sit tĩm annorũ numero cõputata, canĩ sunt. n. sensus hoĩs, & gr̄as senectutis vita immaculata, & spũs dñi sapiam pręstat ẽt paruulis, Qd' si exẽpla vultis, Samuel, Salomon, Iosias, & Daniel in iuuentute acceperunt sapiam, quę cũ a Deo sit, non eget vt annorum numero terminetur. Propterea Paulus quoq; apostolus noluit Thimothei iuuentutem contẽni, adolescentiam tuã (inqt) Thimotheę nemo contemnat, cum ipse electionis vas a Christo vocatus non ignoraret sapiam, & os mutorum aperuisse, & infantium linguas fecisse disertas, sed ad propositum n̄m qd' de Proportione suscepimus, veniamus, ipsamq; primũ dialecticorum more, qui cuncta per diffinitionem fieri volunt apertiora, diffiniamus, Proportionẽ itaq; quę in rōnalem, & irrationalem distinguitur, Ma-

Esai. 3.

Sapient. 4.

Psal. 18.

Primi Reg.

3. 3. Reg. 3.

4. Reg. 22.

Daniel. 2. ec

clesiastici. 1.

Primæ ad

Thimor. ca.

4. Actorũ. 9.

Sapient. 10.

minum, & Imperatorem collocasset, occurrebat  
**Augustinus.** illa Augustini sententia, hunc ideo esse creaturam  
vt summum bonum intelligeret, intelligendo ama-  
ret, amando possideret, & possidendo fruere-  
tur. Summum autem hoc bonum quia Deus est, in-  
**Hermes. i.** genio, nec humana potest imbecillitate compre-  
**supradictus** hendi, Mortale enim (vt Hermes ait) immortalitatem  
**Mercurius.** temporale perpetuo, corruptibile incorrupto, pro-  
pinquare non potest, idest propius accedere & in-  
telligentiam subsequi, & ideo terrenum adhuc anima  
rerum coelestium perceptionem non capit, quia cor-  
**Psal. 4.** pore quasi custodia septum tenetur, quominus so-  
luto ac libero sensu cernat omnia, Diuina tamen bonitas  
vt homini sui notionem quodam modo largiretur.  
super quem fundatum est lumen vultus eius, simi-  
litudine, ac proportione quadam rerum ad inuicem,  
ne excusabilis esset, veluti per speculum in enigmate,  
illum illuminauit, oculos eius aperuit, & veri-  
**Ad Rom. 1.** tatis cognitione donauit, Quemadmodum ad Ro-  
manos scribens, Paulus ait. Inuisibilia. n. ipsius a-  
creatura mundi per ea, quae facta sunt intellecta  
conspiciuntur, cui sententia illud Platonis adstipulatur  
**Plato in. 1.** cum inquit ad Dionysium, Humanus animus affectat  
**Epistola ad** qualia diuina sunt intelligere, aspiciens in ea, quae  
**Dionysium** sibi cognita sunt, Neque. n. alio pacto in inuisibilem  
amorem raperetur, nisi habitudinem quandam crea-  
turae ad creatorem, saltem attingentiae cerneret, Pul-  
chra namque omnia testantur ipsum pulcherrimum:  
Dulcia dulcissimum: Sublima altissimum: Pura  
**Psal. 18.** purissimum: fortia fortissimum: splendor. n. vultus  
eius in omnibus elucet, & coeli gloriam eius enarrant,  
Quenam autem sit ista Proportio, vel habitudo, &  
quo ea in rebus omnibus reperiatur, audite patres,  
& benignis auribus pro vestra humanitate, hanc  
hodie mihi operam condonate, diuinumque mysterium,

litteris traditum sic diuinam bonitatem, ut cum sum-  
ma clementia & pietate summam eius iustitiam  
nobis manifestaret, omnia in numero, pondere, &  
mensura disposuisse, nihil in terris, nihil denique apud  
inferos esse potest, quod expers sit Proportionis, vel  
eius similitudinis, Nam ut anima & si per cuncta cor-  
poris membra diffundatur sua in corde tanquam in arce  
(multorum sententia) sedere habet, ita quoque in his tribus,  
quae verissime matheseos propria sunt subiecta, sunt  
praecipuum, ac peculiare thronum longe lateque per omnes  
artes diffusa Proportio collocavit, nec aliunde haec  
pene omnia, quam ex Arithmeticis, Geometricisque theo-  
rematibus deducemus. Quare hoc negotii aggrega-  
tionibus nobis duplex Proportio sese offert, quarum  
altera arithmetica dicitur, qua quisque recipit quod dat  
secundum meritum condigni, & hanc in Deo esse  
facti negant Doctores, cum nulli aliquid debeat. Vnde  
apostolus ait, Non sunt condignae passionibus huius  
temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis: Al-  
tera vero Geometrica appellatur, qua iustus iudex  
& malos punit, & iustis bona distribuit secundum  
meritum congrui, quo disponitur subiectum ad sus-  
cipienda praemia secundum ordinem diuinae iustitiae.  
Idque sacrae litterae testimonijs approbamus. Nam  
cum quibusdam errantibus primis illis temporibus & mul-  
tos serpentes, multaque brutorum portenta colentibus,  
multitudinem brutorum animalium in vindictam im-  
misisset, parato scelere proportionatas dabat poe-  
nas, ut scirent per quae quis peccaret, per eadem esse  
torquendum, nec impossibilis foret omnipotens ma-  
nus eius, quae creauit orbem terrarum & materia  
inuisa, illis multitudinem visorum, aut audaces leo-  
nes, aut noui generis ira plenas & ignotas bestias va-  
porem igneum spirantes immittere, quarum non  
solum offensione poterat illos exterminare, sed et

Sapientiae. ii.

Duplex Pro-  
portio, arith-  
metica &  
Geometrica

Ad Romanos. 6.

Sapientiae. ii.

3. 9. Euclidi  
dis diffinitio

Aristoteles  
in predicam  
entia,

thematicorum omnium sine cōtrouersia princeps  
Euclides ille Megarensis in.iii. eius.v. libri diffini-  
tione ait, duarū quantecunq; sint quantitatū eiu-  
dem gñis certam alterius ad alteram habitudinē  
esse, & hęc apud Philosophos oēs, et si secundum  
diuersa eius subiecta mutari nomen interdum vi-  
deatur propria habet Proportionis diffinitio, atq;  
huius notitia in summi cuiuscunq; familię philoso-  
phi cupiuerunt, & tunc præcipue cū de rerum vni-  
uersiq; natura agerent, Hęc pro viribus Plato Ari-  
stoteles, ceteriq; oēs tanquā p̄spicue veritatis inda-  
gatricem (vt infra dicemus) prosequuti sunt, Nam  
in vniuersis pene rebus tam superioribus, quā in-  
ferioribus nihil aliud queritur quā debita earū ad  
inuiçē habitudo, quę & relatio d̄r, quādoq; cōpa-  
ratio huic Aristoteles ex decem p̄dicamētis, qbus  
cuncti sapientes fuere contenti, vnū specialiter ad-  
dicauit, huius.n. Proportionis vel relationis tanta  
est sublimitas, tanta gloria, q̄ non modo hęc in  
exiguis & in his inferioribus rebus, sed euolauit in  
coelum, & humanas mentes humi abiectas, rur-  
sus in illam celestem sedem subuexit, & admiran-  
dum mundi opificium, & gubernationem eius no-  
bis monstrauit, atq; adeo ad agnitionem Dei tra-  
duxit, vt nunquā celestis philosophię doctores p̄-  
cessionē sancti spūs a p̄re & filio ex eorū reciproco  
amore causatam, lingua, calamoq; explicare po-  
tuissent, nisi relatio inter eos p̄ris ad filiū, & ecōtra  
his aditū aperuisset. Multa etenim sunt p̄res con-  
scripti, quæ Proportione ac proportionalitate, duce  
ad confirmandas multas opiniones de Deo in ani-  
mis hoīum adduci possent, quę breuitati cōsulendi  
causa in aliud ips̄ seruamus. Nunc quō Deus ipse  
in hoīes proportione vtatur, & quō ipsi in singu-  
lis artibus dicendum videtur. Quippe cū in sacris

ris, eorūq; qualitate ac dispōne, quę Proportionis  
 pprie sunt passionēs. Proinde, prudentissimi viri  
 duas potissimū iustitię spēs supposuere cōmutatiuā  
 .i. & distributiuā, quar; alterā Proportioni arith-  
 meticae, alterā Geometricae sed distributiua in. 5.  
 Ethicorū Aristoteles rectissime cōparauit, Cōmu-  
 tatiua itaq; iustitia illa est, quę in datione, & ac-  
 ceptione mutua cōsistit. Quēadmodū Thomas  
 in. 1. parte. 21. q. art. 1. et Ricardus de mediā villa  
 in. 4. iniarū. dist. 46. art. 1. q. 1. late tradiderūt, hęc  
 itaq; cōtractus, cōpensationes, vt mercedes, dāna,  
 et iniurias, ac pōenas gubernat, in qua qsq; recipit,  
 qđ dat scđm Proportionē equalitatis, Distributiua  
 vero iustitia illa est, qđ psonarū gradus in legendis  
 magistratibus, in familiis, in ciuitatibus, in impñs  
 p meritis ordinat, hac obseruata sūmis viris sum-  
 ma tribuunt impia, et p batis ciuibus eor; meritis  
 pportionata danē officia, et honores sūma aqrate  
 prudētissimis viris exhibent, et doctis indocti, aut  
 vltro cedunt, aut cogunt cedere, quare si recte hęc  
 ipsa Proportio obseruaret, beatę tunc fierent ciuita-  
 tes, & plures honestioribus, ac liberalibus artibus  
 instituerentur, ac sapientum multitudo, quę Salo-  
 monis sapientissimi testimonio sanitas est orbis ter-  
 rar; proculdubio iunalesceret, Quod si inter artū  
 professores hac tēpestate nostra obseruaret, Arith-  
 metica Proportio, quam in distribuendis honori-  
 bus turbulentam esse Plato p̄dicat nō domina-  
 retur, nec dignis indigni p̄ferrent, sed vtiq; prestā-  
 tioribus plus honoris exhiberet, qui & artes alit,  
 literarū studia maxime excitat, nec has tam subli-  
 mę artes, quę doctrinā sere totam de rebus coele-  
 stibus pepererunt a vulgaribus quibusdam, &  
 (qđ ridiculū est) prima fundamēta ignorantibus,  
 ineptissime tradi p̄mitterent, vñ accidit, vt excelsa

Aristoteles  
 in 5. ethico

Thomas in  
 prima parte  
 21. q. art. 1.  
 Ricardus de  
 mediā villa  
 in. 4. iniarū  
 dist. 46. art.  
 1. q. 1.

Sapient. 6.

Plato.



1. ad Co.  
rinth, 10.

Sapient, 6.

Apocaly.  
psis, 18.

1. ad Co.  
rinth, 3.

Ioan, 14.  
Math, 5.  
Luc, 6.

Matth, 11.

Sapient, 7.

Iureconsulti.

aspectu per timorem occidere, Verum iustitia Dei significabat omnia debitis ordinibus disposuisse, & quæ in figura tunc viuentibus contingebant, & in futuro seculo vita functis esse vêtura, vt pro mensura delicti pēnas debitas quisquā lueret. Exiguō. n. conceditur misericordia, potentes autē poter tormenta patientur cum scriptum sit, quātum glorificauit se, & in delicijs fuit tū date illi tormentum & luctum, hac ē Proportione vnusquisq; a Deo propriam mercedem accipiet scđm suū laborem. Quapropter ille, cuius pprium est misereri semper & parcere, in eius domo māssiones multas ordinauit, Nam pauperibus regnum cœlorū promittit, lugentibus consolationem, esurientibus saturitatem, mundis corde sui visionem, misericordibus misericordiam, Demumq; lassos omnes, de hac lachrymarum plena valle, plena discriminum terra mariq; minitantium propter ipsum laborantes saluberrima voce reficiendos vocat dicens. Venite ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. videte quęso quā optimo ordine diuina potestas in seruorum suorū ineffabili remuneratione Proportione vtatur, O summam Dei patris æquitatem, summam & admirandam in hoīes liberalitatem, quos hoc Proportions thesauro ad aperiendam de diuinis latitantē veritatem donauit, quo, qui vsi sunt participes facti sunt amicitia Dei propter disciplina dona cōmendati. Nam hoc remoto vt ex nihilo oīa facta sunt, sic in nihil proculdubio soluerentur, nullus. n. Proportioē sublata ordo esset, nullę artes, nullę sanctiones, nulla sacra instituta, sed veluti amētes, brutorū more, qua ferret impetus rueremus, fatentur hoc primū Iureconsulti, quorū snia nunquā æque terri possent, nisi extremis cognitis rei atq; acto-

libro Brymologiarum, vt Ptolomeus, Ali, Albu-  
 mafar, Almagranus, Albategni, ceteriq; quā pluri-  
 mi, qui plura quādoq; & incredibilia fere hoibus  
 contingentia, vel post multos temporū cuius fu-  
 tura, prefentere, quę quidē licet eo cognitu sint dif-  
 ficiliora, quo ab oculis noſtris remotiora, ad ſobrie-  
 tatem tñ ea ſerutari nefas non eſſe putamus, vt p  
 viſibilia opera Dei perfectum inuiſibile magnifi-  
 cemur creatorem, cum ſcriptū ſit meditatū ſum  
 in oibus operibus tuis, opera. n. manuū illius ſunt  
 cœli. gloriā eius enarrantes. Coſmographię quoq;  
 quantū conferat pportionis notitiā ſatis pſpectū  
 erit nobis ſi Ptolomei, Eratoſthenis, Marini, Strabo-  
 niſq; opera percurremus, qui nunquā totius orbis  
 regiones, inſulas, ac loca quęq; vnico libello ſcđm  
 certas graduū ſymmetrias recte amplexi eſſent,  
 niſi oīum mēm pte oculis habuiſſent pportionē.  
 Architectis vero & diuerſarum machinarum in-  
 uentoribus, quā maxime ſit neceſſaria pportionū  
 pportionalitatūq; cognitio fide digni teſtes ſunt  
 Archimedes, Vitruuius, Frontinus, Pythius, qui  
 primus eđem Minerę egregie architectatus eſt,  
 Dinocrates, Vegetius, aliq; quam plures, qui in  
 condendis eđificiis preſtantiſſimi extiterē, aſſerētes  
 eđificia, niſi eorum dimensionibus hoc eſt latitudi-  
 ne, longitudine, altitudineq; debita quadam inter  
 ſe pportione diſpoſitis, nec oculis iocūda. nec ha-  
 bitantibus vtilia videri vnquā poſſe. Preterea (vt  
 multa de eđificiis ptermittam) non ſine ppor-  
 tionis precellentia illud factum videtur, quod legi-  
 mus apud Moſem. Noe patriarchę Deum ipſum  
 pcepiffe, vt archam illam, quę crucis Chriſti Ser-  
 uatoris typus cenſetur, trecentum cubitorum lon-  
 gitudine, quinquaginta latitudine, altitudine vero  
 triginta fabricaret, cuius et humani corporis ſym-

Ptolomeus,  
 Ali, Albu-  
 mafar, Al-  
 magranus,  
 Albategni,  
 &c.

Ad Rem. 12.  
 Pſal. 142.  
 Pſal. 101, ad  
 Hebr. 1.  
 Pſal. 18.  
 Coſmogra-  
 phia.

Architec-  
 12.

Genefis. 6.

M. Tullius  
in oratione  
pro Licinio  
Archia poe  
ta.

Arist. in li.  
bris de phi.  
sico auditu.  
In De coelo  
& mundo.  
In Metaph.

Medici.

Auicenna.  
Galenus.  
Hippocrates

Astrologia.  
Itydorus in  
Ety molo.  
gis lib. 3.  
cap. 24.

nonnulla & generosa ingenia ad excolendas hone  
stas disciplinas humano gñi & reip. profuturas ple  
runq; refrigescant, siquidē vt pro Archia Marcus  
Tullius ait nullam virtus aliam mercedē laborū  
periculorumq; desiderat, p̄ter hanc laudis & glo  
riæ, qua detracta nihil est, qđ in hoc tam exiguo  
vitę curriculo, & tam breui tātis nos in laboribus  
exerceamus, sed iam hęc illis relinquētes, ad quos  
hoc officii pertinet, de cęteris dicamus. Naturales  
quoq; in perscrutandis abditioribus naturalium  
renū causis Proportionē necessariā esse haud inficiū  
tur, vt in eorū libris facile dignoscitur, Nā (vt mul  
tos taceam) Aristoteles in libris de phisico auditu  
Proportionem motuū inter se solertissime p̄scruta  
tur, in libris aut de coelo & mundo non mediocrē  
partem eorū, quę tractauit per circulos sphaerasq;  
non sine p̄portionis lumine demonstraui, in Me  
taphisica vero verissime affirmauit Mathemati  
cas scientias primū certitudinis gradum obtinere,  
sed quid de medicis dicemus? nonne & ipsi in cō  
ponendis eorū medelis penitus delirarēt? nisi quat  
tuor qualitatū calidi, frigidi, siccī, humidiq; rōnem  
hñtes singularum Proportionē considerarēt? sed cū  
diuersorum sint graduum eas ponderū diuersitate  
cōpensant, quo vnam tandē efficiant egrotanti cor  
pori debite exhibendā. Quare ex probatissimorū  
phisicorū Auicennę, Galeni, Hypocratis, aliorūq;  
documentis facile constat, ne corpoream quidem  
aſantium salutem absq; p̄portionum cognitione  
posse consistere, verū satis de phisicis dictum sit,  
ad Astrologos veniamus, Nam & ipsi relicta p̄  
portione tanquā in p̄celloso mari, absq; vllō nauis  
regimine trepidantes huc illucq; incerto impetu  
agerentur, confiteantur hoc Aegyptii, quos astro  
logię primos operam dedisse meminit Itydorus in

stant quàm , vt Geometrica Proportione con-  
struantur , collocenturq; . Propterea vnus olim  
memoratus Archimedes, cuius in hisce præsertim **Archimedis**  
artibus summum ingenium ab omnibus prædi- **ingenium.**  
cabatur , a foelicissimo Romanorum bellico suc-  
cessu aperto Marte oppugnatos incolumes diu  
reddidit Siracusas, sed cum non sit presentis inten-  
tionis de re militari agere, statim ad Musicos trã- **Musica, &**  
seamus. Mira profecto , et in his videtur Propor- **eius virtus.**  
tionis obseruatio, quod in eorum cantu, vel fidi-  
bus plerunq; pro varia modulatione ad diuersos  
affectus occulta quadam vi excitamur, ac moue-  
mur. Quemadmodum ferunt Thimotheum, cui  
tantum supererat artis, vt ceteris musicis longe  
antecelleret, hominũ animos quoties libuisset ex-  
citasse, & vehementi armonia Regem Alexan-  
drum Phrygio cantu ad belli furorem accendisse,  
atque iterum ad epulas commessatoresq; va-  
riata modulatione reduxisse, quæ quidem vocis,  
vel soni suauitas & virtus non aliunde quàm ex  
eorum debita vocum, & sonorum harmonica  
Proportione, hoc est Diapente, Diatesseron, Dia-  
pason , alijsque id genus Proportionibus, teste  
Boetio causatur. Tacebo, quæ de Orphei, quæ **Boetius.**  
de Amphionis , & aliorum musica Poetæ lo-  
quuntur, tantam eis modulationis vim fuisse,  
vt immanes feras , asperas quercus , & dura  
saxa mouerent, non enim tantum temporis mi-  
hi videtur superesse, vt hæc tanta, vnica pos-  
sim oratione complecti, ne dum eorum sensum  
enucleare. Pari fere modo & Poetæ in compo- **Arts poetica**  
nendis carminibus Proportionum loco, sex pe-  
dibus .s. Dactilo, Iambo, Spondeo, Trocheo,  
Anapesto, & Tribraço, longis, breuibisque  
syllabis, congruenti sono collatis vtuntur, vt

Augustinus  
in lib. 15. de  
ciuitate Dei  
cap. 26.  
Prospectiva

metriæ simillam esse Proportionem non obscure  
tradit Augustinus in. 15. de ciuitate Dei. Perspec-  
ctiuę autem quantum adiumenti porrigant Pro-  
portionis vires satis, superque docent experimen-  
ta, porro si figurarum lineamenta, ac eorum di-  
stantię Proportionabiliter protrahantur oculis a-  
deo spectanda se subiiciunt, vt iam non pictæ, sed  
veræ appareant, nec deesse quicquam ad sui per-  
fectionem, præter spiritum ipsum quandoq; vi-  
deatur, concedant hæc, qui sui temporis in pictu-  
ra reliquis præstiterunt, quales fuere Apelles,  
Miron, Zeufis, & alij, qui multa laude digna  
suis posteris monumenta reliquere, Sed si di-  
ligentius in ipso artium choro perspiciemus egre-  
giam etiam Militarem artem comperiemus huius  
Proportionis cognitione plurimum præualere,  
Est enim apud Mathematicos firmisimum atq;  
indubitatę scientię fundamentum, nullum mo-  
tum (seu vt hic iure trahimus victoriam) pos-  
se prouenire, nisi mouens in Proportione sit  
maioris inęqualitatis ad mobile: Quamobrem  
tot plurimarum vt præteritorum temporum do-  
cet memoria rerum publicarum celeberrimi Im-  
peratores, vel cum earum ditionem augerent,  
vel auctam defenderent, nisi suorum pariter &  
hostium virtutem, ac vires, optimo iudicio fuis-  
sent ditensi, tot insignia trophea, tot memora-  
biles non modo de hostibus triumphos haud re-  
tulissent, sed ne eorum quidem saluti recte consul-  
uissent: Multa præterea sunt alia non minus ad  
militiam quàm ad architecturam spectantia, quæ  
cum ad expugnandos hostes, tum etiam ad pro-  
pulsandos plurimum valent, vt turres, moenia  
fossæ, aggeres, propugnacula, & varia insuper  
tormentorū genera, quæ nulla alia ratione con-

Arts milita-  
ria.

rum inopia iudicij, cum avaritia excecante eos,  
cum primum disciplinarum limen attingunt, non  
curantes interius introspicere minimam artis par-  
ticulam questus causa furantur, furantur dico quod  
plerumque ingrati preceptoribus, ingrati Deo, sine re-  
muneratione, sine vale a scholis turpiter abeunt,  
conturbant. n. sancte Proportionis dignitatem, que  
inter duas quantitates medium ostendens, eo ope-  
rantem dirigit, ut neque a dextris, neque a sinistris  
sit cuiquam declinandum. Hanc profecto dicerem illam  
fuisse sapientiam, que apud Salomonem, in medijs  
semitis clamitat dicens. **O viri ad vos clamito, et**  
**vox mea ad filios hominum, intelligite paruuli astu-**  
**tiam, & insipientes animaduertite, audite quonia-**  
**de rebus magnis locutura sum & aperientur labia**  
**mea ut recta predicent, veritatem meditabitur guttur**  
**meum, & labia mea detestabuntur impium: &**  
**paulo post. Accipite disciplinam meam & non pe-**  
**cuniam, doctrinam magis quam aurum eligite, me-**  
**lior est. n. sapientia cunctis opibus preciosissimis, &**  
**oem desiderabile ei non potest comparari, Videte igit-**  
**tandem, videte quanti sit facienda Proportio, que**  
**preter simplicem numerorum ac mensurarum ar-**  
**tem oia vi sui splendoris illustrat. Ipsa est. n. qua**  
**cognoscimus Deum infinitum a mortalibus, equo**  
**amore non posse redamari, finiti. n. ad infinitum**  
**nulla Proportio est, Illa est que examen continens**  
**maioris quantitatis ad minorem docet nos maiori**  
**bono postposito, minori omni nixu esse inherendum,**  
**& consequenter temporalia hanc & cum brutis ani-**  
**mantibus communia cum eternis & incommutabi-**  
**libus bonis que non erugo, non tinea demolitur,**  
**nec fures effodiunt, nec furantur nequaquam esse**  
**commutanda. Iccirco multi fortissimi quondam**  
**milites ob Deorum immortalium religionem ob-**

Deut. 5.

Prover. 8.

Aristoteles  
in primo de  
celo.

Mathei. 6.

Martyres.

**Rethorica.** in auditorum auribus suavius resonent. Rethores  
etiam istorum instar orationum suarum partes si-  
bi proportionatis locis conuenienti numero assi-  
gnant, alioqui quid prius, quidq; posterius dicen-  
dum esset nescientes, inconcinnam & absonā red-  
derent oronem. Verum cum iam oīa sine Propor-  
tionis rōne probauerimus non recte posse excer-  
ri, **Logica.** Quis Dialecticos ad syllogismorum veritatem  
demonstrādā, multa p̄portionis aut matheseos  
naturam ac vim redolēna, a Mathematicis neget  
sumpsisse p̄ceptionibus? Quis tandem originē  
ac fundamentum oīum liberalium artium Gram-  
maticam, dum nobis mensuram quandā in sylla-  
bis recte scribendis, ac proferendis, graui, acuto,  
circumflexoq; accentibus suppeditat a Proportio-  
nis legibus longe differre neget? certe nemo vnq̄,  
nisi aut barbarus, aut imperitus.

**Grāmatica.**  
Prisciani dif-  
finitio.

**Hieronymus.**

Plura insuper silentio p̄termittemus, quę vbe-  
riori copia dicendi magis quā necessitate adduci  
potuissent, verum cum in his posterioribus studiis, in  
quibus summa rerum pene oīum continetur, atq;  
inde ceterę artes tanquam riuī ab amplissimis flu-  
minibus deriuantur, Proportionis noticia exigat,  
nihil est P̄res, quod ad hanc rem, nisi p̄ter rem  
putabitur accedendum? hanc ne, quam hodie mi-  
ris laudibus commendo Proportionē, ipse primus  
prolixiori quā par sit oratione videret negligere?  
Perdit. n. (vt inquit Hieronymus) authoritatem  
docendi, cuius sermo opere destruitur. Hoc vnum  
tñ reliquum est, sine quo huiusce sermonis nostri  
causa irrita foret, ac labor inanis, vt nostrę reip.  
adolescentes relictis fabulis, ac nugis, ad quas pro-  
xima ætas iuuentutem induxerat, cōmoneantur,  
inuitenturq; ad hanc veram solidamq; doctrinā  
amplectendam, vitandamq; eorum ignauā, qui

Matth. 10.

Matth. 16.

Esaiæ. 64.  
& ad corin.  
2.

Matth. 25.  
Ioan. 16.

seruandam, ob veritatem defendendam, ob patrias leges custodiendas, non metuentes minas eorum, qui occidunt corpus, Diras Tyrannorum persecutiones, exilia, horrenda suppliciorum genera, ac deniq; mortem ipsam contempserunt. Sola. n. ipsi Proportione temporalis boni exiguitatē comparantes ad illam per beatam vitam, vitā in quā mortis ignaram, & nesciam tristitię, hęc omnia sufferre maluerunt, quā animarum suarum pati detrimentum, O beatos illos homines, qui diuinā hanc Proportionem seruauerint, Infelices si non seruauerint, miseros si contempserint: Hanc itaq; si ad vltimum vsq; diem sequemini, ijs tandem fruemini, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, neq; cor hominis cogitauit, intrantes in gaudium domini vestri quod nemo tollet a vobis.

D I X I.

